



**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni  
Bredenbachij S. Th. D.||**

**Bredenbach, Tilman**

**Coloniae Agrippinae, 1592**

**VD16 B 7378**

12. De pœna Nabuchodonosoris regis, qui abstulit vasa domus Dei, & funesto casu Balthazaris regis, qui sacris vasis cum vxoribus & concubinis suis temulentus abutebatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

testus fuerat de domo Domini.

Danielis 1. 4. & 5. cap. De pena Nabuchodonosoris regis, qui abstulit vas domus Dei, & funesto causa Belihasaris regis, qui sacrif. vasis cum uxoribus & concubinis suis temulentus abutebatur.

## CAP. XII.

R Ex Babylonis Nabuchodonosor cum ex-  
pugnasset Hierusalem, abstulit partem  
vasorum domus Dei, & aportauit ea in do-  
mum Dei sui, qui postea ex hominibus abie-  
tus est, & fœnum ut bos comedit, & rore ce-  
li corpus eius infectum est, donec capilli eius  
in similitudinem aquilarum crescerent, & vu-  
gues eius quasi avium. Qui postea sibi regno-  
que suo restitutus, agnouit potentiam & iu-  
sticiam Dei, qui gradientes in superbia, pos-  
se humiliare. Porro prœpos eius Baltassar,  
immemor huius vindictæ proaui sui, cum  
grande conuiuum optimatibus suis apparaf-  
fer, præcepit iam temulentus, ut afferrentur  
vasa aurea & argentea quæ absportauerat Na-  
buchodonosor: Non quidem genitor, sed pro-  
aus eius pater eius de templo quod fuit in Ie-  
rusalem: ut biberent in eis Rex & optimates,  
& uxores eius, & concubinae. In eadem autem  
hora apparuerunt digiti, quasi manus hominis  
seibentis contra candelabrum in superficie  
panetis aulae regiae: & Rex adspiciebat articu-  
los manus scribentis. Et immutata est facies  
Regis, & cogitationes eius conturbabant cum:

&amp;

522 COLLATION. SACRAR.  
& compages renum eius soluebantur, & genua eius ad se inuicem collidebantur. Sed & optimates eius conturbabantur. Tandem Daniel introductus coram Rege, cōmemorauit illi superbiam Nabuchodonosoris patris sui, & quomodo Deus cum humiliasset. Tu quoque, inquit, filius eius Baltassar, non humiliasti cor tuum, cūm scires hæc omnia. Sed & uersum Dominatorem cæli eleuatus es, & via domus eius allata fuit coram te: & tu, & optimates tui, & vxores tuæ, & concubinae tuæ vinum bibistis in eis: Deos quoque a genteos, & aureos, & eteros, ferreos, ligneosq; & lapideos, qui non vident, neque audiunt, neq; sentiunt, laudasti: Porro Deum, qui habet flatū tuum in manu sua, & omnes vias tuas, nō glorificasti. Idcirco ab eo missus est ambulcus manus qui scripsit hoc, quod exaratum est. Hæc est autē scripture, quæ digesta est: Mane, Thecel, Phares. Et hæc est interpretatio sermonis: Mane, Numerauit Deus regnū tuū, & compleuit illud: Thecel, Appellus es in statera, & inuentus es minus habens. Phares, Diversū est regnū tuū, & datū est Medis & Persis. Tūc iubēte Rege indurus est Daniel purpura, & circūdata & torques aurea collo eius: & predictum est de eo, quod haberet potestatem tertius in regno. Eādem nocte interfectus est Baltassar, rex Chaldaeus. Et Darius Medus successit in regnum, annos natus sexaginta duos.